

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4584

**Auteur(s) :** Agnès, dame du Buat [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Poilley, Notre-Dame de Montmorel (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1286, avril

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Agnes, dame du Buat, donne en perpétuelle aumône l'huitième part d'un moulin sis à Saint-Aubin-de-Terregatte et une rente annuelle que le clerc Étienne de Valle tient dudit moulin.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Mont-Morel, n° CCLXIX, p. 256-257.

## Dissertation critique

Avril 1286 ou 1287 (n. s.) : Pâques tombe le 14 avril en 1286 et le 6 avril en 1287.

Texte établi d'après a

Omnibus hec visuris et auditoris Agnes domina de Buat salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me con auctoritate domini Gervasii de Buat, militis, mariti et domini mei, pro salute anime mee et omnium amicorum et benefactorum meorum et pro anniversario meo semel in anno faciendo, dedisse et concessisse Deo et abbacie Beate Marie de Monte Morelli et canonicis ibidem servientibus Deo, ad usum pictanciarum suarum, octavam partem molendini de Orelart quod situm est in parrochia Sancti Albini de Terra Vasta et dimidium quarterium frumenti annui redditus quod jure hereditagio percipiebam in proportione quam Stephanus de Valle, clericus, habet et possidet in eodem molendino, ratione cujusdam dignitatis, quam dignitatem, jure hereditagio, percipiebam et habebam videlicet moudre à desgrain ; pro qua dignitate habenda a me et heredibus meis predicti Stephani sibi et heredibus suis, jure hereditagio, possidenda, michi et heredibus meis predictum dimidium quarterium frumenti annui redditus dedit et concessit. Que omnia et singula predicta ego sepepredicta Agnes, cun auctoritate sepepredicti Gervasii de Buat, militis, mariti mei, volo et concedo quod predicti canonici habeant et, jure hereditagio, possideant sibi et successoribus suis a me et heredibus meis, in puram et perpetuam elemosinam, libere, pacifice et quiete, absque contradictione seu impedimento mei vel heredum meorum ; sed ego sepepredicta Agnes et heredes mei dictis canonicis et suis successoribus tenemur et debemus predicta omnia garantizare et defendere contra omnes vel alibi in nostra propria hereditate, valore ad valorem, excanbiare, si predicta omnia garantizare non possemus. Et, ut hoc ratum et inconcussum permaneat in futurum, ego dicta Agnes appositione sigilli mei una con appositione sigilli domini Gervasii de Buat, militis, domini et mariti mei, presentes litteras dignum duxi roborandas. Auctum est hoc anno Domini M° CC° octogesimo sexto, mense aprilis.